



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Sectionis V. § tertius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

an Ordinarii
notarius not
vis Preces
bus gra
varis poter
tis:

an Ordinarius novis Preces gravari poterit? Nequaquam: quia nominatio
jam est sortita esse cum, Rota dicitur 22. incip. nota quod ubi Ordinarius, in Antiqu.
Fely. in cap. Innovamus col. 2. not. 5. de Treuga, qua de re diximus alibilitatis.
Advertè etiam, quod hæc clausula censetur etiam repetita in omnibus ar-
ticulis hujus indulti, ut patet ibi, super præmissis omnibus & singulis &c.

Sectionis V. s. tertius.

Propterea, quia difficile foret presentes litteras ad singula loca deferri, vo-
lumus, ac dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu
alicuius notarij publici subscriptis, ac sigillo altius persone in Ecclesiastica
dignitate constituta munitis, eadem proposita fides adhibetur, que adhiberetur
eisdem presentibus, forent exhibita vel ostense. Null ergo omnino boni
num licet hanc paginam nostra declarationis concessionis Indulti, derogatio-
nis, decreti & voluntatis infringere, vel ei casu temerario contraire: Si quis
autem haec attentare presumperit, Indignationem Omnipotentis Dei ac Be-
atorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma
apud S. Mariam majorem, anno Incarnationis Dominica millesimo sextensi-
mo vicefimo, pridie Non. Iunij, Pontificatus nostri Anno decimo sexto Subscriptum
M. Datarius, Ioannes Baptista Bolegnetus.

SCHOLIA IN §. III.

Sectionis V.

¶ NVLLI ERGO HOMINUM) Jam tandem assecutus sumus extre-
mam nostri Indulti partem, in quo licet non nihil sum immoratus, tamen po-
steri videbunt (quæ materia ubertas est) specilegia me duntaxat collegisse,
tantum abest ut integrum illius messem explanando descriplerim, quo sit ut
mihi non objici possit illud Horatij :

Ampbora cepit.
Institui, currente Rota cur urceus exit?

Neque enim brevitati semper inserviendum est (quæ aliqui mihi in ex-
quo ocio negotiosa fuit) aliqui prævaricatio est, inquit Plinius, transire di-
cenda. Prævaricatio est cursim & breviter attingere, quæ sunt inculcanda,
infingenda, repetenda Nam plerisque longiore tractu vis quedam, & pondus
accedit; utque corpori ferrum, sic oratio animo non actu magis quam mora
imprimitur. Quod igitur supereft ex Indulto nostro modo jam excusamus.
Dicitur hoc loco eum qui sine justa & rationabili causa dispositioni huic S. mi.
Indulti non parverit, quod Indignationem Dei Omnipotentis, ac Beatorum
petri

Petri & Pauli Apostolorum ejus incursum. Nam ut habetur in **Canone**
 qui resistit 11. quest. 3. *Qui resistit potestari, ordinationi Dei resistit.* Unde D. Jo.
Christostomus: *Nemo contemnat Ecclesiasticum vinculum, non enim homo est qui ligat,*
sed Christus qui hanc potestatem dedit hominibus, eosque & Dominos fecit tanta honestas
cap. si nemo illi quest. 3. Imò præter indignationem Dei Omnipotens, &
 sedis, quam incurrit Collator & Collatarius collatio est nulla, cap. si religio-
 fuis, de Electio. in 6. text. & ibi glos. de immunitate. Ecclesiast. Ias. & alij in l. non dubium de
 leg. Rebuff. de Nominat. quest. 19. & collator meretur privari beneficijs Eccle-
 siasticis, Bald. & Jo. Baptista in repet. 1. junctos populos, C. de Summa Trinit. Fely.
 in cap. veniens. cap. 1. de prescriptio. Socin. cons. 87. incip. vistis investitura, col. 3. vol. 3.
Sanfon ad Consuet. Turonens. Rub. des amendes, art. 2. nihilominus sequor non-
 nullorum sententiam, existimantium infractores constitutionis Pontificia
 in qua adest clausula praescripta, subjici pena arbitraria, ut ex Bellecino tr.
 de charit. subsid. quest. 44. per tot. Mart. Lauden. tr. de clausula quest. 18 ostendit
 frater meus Erasmus à Chokier in suo tract. de Iuris. ordin. in exempt. part.
 4. quest. 62. quibus adde Restaurum de imperat. quest. 110. & alios, quos citat
 Menochius de Arb. judic. lib. 2. cent. 4. cons. 165. Quod hactenus intellige, dum-
 modo ipso facto infringant, ei que non contradicunt de jure: Nam certum
 est eum, qui se constitutioni Papæ opponeret, jure, & non de facto, non com-
 prehendi sub hac clausula, juxta not. DD. in cap. in presentia. 4. not. de Probat.
 Flam. Paris tract. de benefic. lib. 8. quest. 7 num. 169. Hinc dicit Nicol. Garcias
 tract. de benef. part. 6. cap. 2. num. 71. & seqq. Executionem cestare, cum adest
 legitimus contradictor, qualis est, qui habet considerable aliquod interesse,
 Ill. Card. Seraphinus decif. 144. & decif. 1257. ubi scribitum non esse legit-
 imum contradictorem ad impediendam immisionem qui non habet legitimi-
 num titulum, qualis est is qui ex posteriori resignatione vellet impedire
 immisionem prioris resignationis: Nam Judices etiam non obstante rescrip-
 to Papæ, debent judicare pro eo, cui primo provisum est. Vnde si Papa con-
 tulerit duobus, & declararet postea quod intendit, & intendebat isti secundo
 conferre, & non primo, ea declaratione non obstante judicabitur pro primo,
 Rebuff. ad Reg. XVII. de non tollendo iure quarto, Ill. Card. Seraphinus decif. 859.
 & Farinacius decif. 529. in una Burgen Abbatie de anno 1613 Mercurij 20. coram
 R. P. D. Valdo. Atque hic manum de tabula tollo, quæ alioqui his æstivis fe-
 rijs satis mihi assidea. Tu fruere bone Letitor, & boni consule nova hæc, et si
 subitaria scripta.

LAUS ÆTERNO DEO, SEMPERQUE VIRGINI MARIAE,

QVIBVS UT PAR EST, HÆC ACCEPTA
 refero, quæ quoque tum seniori judicio, tum
 Ecclesiæ Catholicæ censuræ lubens

submitto.

F I N I S.

Clausula
Indigna-
tum
Dei Om-
nipoten-
tis &c.

Contradic-
toriavit
non com-
prehendi-
tur sub
dicta clau-
sula.

Executionem
cessare cum
adest legi-
timus con-
tradictor.

Secundus
resignata-
rini non
potest im-
pedire im-
missionem
primi.